

(a) Lettres de Philippe-Auguste, par lesquelles il cède à la Communauté de la ville de Mante, à la charge de diverses redevances, les droits qui s'y percevoient sur les marchandises.

PHILIPPE-
AUGUSTE,
en 1201.

NOTUM, &c. quòd homines nostri de Medunta, habent ab antiquo omnes *Hansas* (b) Medunte, tam de villa quàm de aqua, suas proprias, pro servicio quod Nobis faciunt, & antecessoribus nostris fecerunt; scilicet, quòd adjuvant ad onerandas & ad exonerandas nostras machinas infra Meduntam, & quòd reddunt Prepositure v. denarios de singulis hansas aque. Pro hoc verò servitio & redditu, & quòd eas ab antiquo habuerunt, concedimus in perpetuum universitati hominum nostrorum Medunte, omnes hansas Medunte, tam aque quàm ville, sicut hactenus habuerunt. Quod, &c. anno Domini m.º cc.º primo, Regni xxiii.º

NOTES.

(a) Registre de Philippe-Auguste, Bibl. du Roi, n.º 101, fol. 80, verso, col. 2.

Du Cange, dans son Glossaire de la moyenne & basse latinité, au mot *Hansa*, rapporte ces Lettres telles que nous les donnons ici, & cite le Registre d'où nous les avons tirées. Il ajoute qu'elles se trouvent aussi dans un Registre de la Chambre des Comptes de Paris.

(b) *Omnes hansas.* Le mot *Hansa* signifioit tantôt une Compagnie privilégiée de Marchands, tantôt des droits qu'on payoit pour être admis dans ces sortes de Compagnies. On le trouve employé selon ces deux sens en diverses Ordonnances imprimées dans ce Recueil. Du Cange prétend qu'il a signifié aussi un droit sur les marchandises.

(c) Lettres de Philippe-Auguste, au sujet de la Monnoie de Tournai.

PHILIPPE-
AUGUSTE,
à Paris, en
Avril 1202.

PHILIPPUS, &c. *Notum*, &c. quòd Evrardus de Vincis homo noster, concessit Nobis & heredibus nostris, in perpetuum, tertiam partem monetae Tornacensis civitatis; & ipse duas partes habebit. Nos autem concessimus ei quòd Nos precipimus ut predicta moneta currat ad medietatem argenti. Moneta autem exiet de servis per xxx. solidos, ad parvam marcã Flandrie, & tenebit de lege iiii.º stellingorum marcha. Et ipse Evrardus hoc debet Nobis garantire erga omnes homines, excepto erga Tornacensem Episcopum, & Nos ipsum erga omnes homines prius garantiemus: & ab hoc anno in antea dictus Evrardus duas partes pagabit, de constantamento monete, & Nos tertiam partem; ita tamen quòd si pars nostra monetae non sufficeret ad persolvendas expensas, Nos non ponemus ibi plusquàm ibi poneremus (d). Actum Parisius, anno Domini m.º cc.º secundo, mense Aprili.

NOTE.

(c) Registre de Philippe-Auguste, Biblioth. du Roi, n.º 101, fol. 72, verso, col. 2.

(d) *Plusquàm ibi poneremus.* C'est la leçon du ms. Il semble qu'on doit lire: *plusquàm inde haberemus.*

(e) Lettres de Philippe-Auguste, par lesquelles il confirme les Coutumes & Privilèges des habitans de S.^t Germain-des-Bois.

PHILIPPE-
AUGUSTE,
à Dun-le-Roi,
en 1202.

IN nomine Sanctæ & individue Trinitatis, amen. Philippus, Dei gratia, Francorum Rex: notum facimus universis presentibus pariter & futuris, quòd bonæ memoriæ Ludovicus Genitor noster, quondam Francorum Rex, & Radulphus Dominus Exoldunensis (f) & Berardus de Lineriis*, villam quandam in Castellania Duni, quæ

* Berard, Sire de Linieres.

NOTES.

(e) La Thaumassiere, Coutume de Berri, page 77.

(f) Radulphus Dominus Exoldunensis. Raoul II du nom, fils de Geoffroy, Seigneur d'Yffoudun.